Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis

Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>

Constantiae, 1699

Forma obligationis

urn:nbn:de:bsz:31-129236

Visual Library

rò præſentiæ uſque ad plenariam ſatisfactionem non dentur. Prædicta mortuaria & ingreſſum ad diem ſuſceptionis non ſolvens dabit Camerario ſufficientem cautionem ſive obligationem ſub hac vel ſimili forma ex antiquis Statutis deſumpta.

Forma obligationis.

EGo N. N. Parochus in N. Recognoſco notúmque facio præſenti Chyrographo, me anno - - - Die - - - Menſis - in Confratrem Venerabilis Capituli Linzgovienſis eſſe ſuſceptum, & juxta ejusdem Capituli Sta[illegible] in quæ libera voluntate juravi, pro mortuariis & ingreſſu intra 2. annos proximè venturos ad Cameram ſolvendis obligatum eſſe ad 9. florenos & 25. cruciferos, 6. hl. pro quo debito me meosque hæredes uſque ad pleniſſimam ſatis-

tisfactionem bona fide obligo in his ſcriptis.

Hanc obligationem, quam primùm ex integro ſatisfecerit, à Camerario recipiet, & deinceps omnium emolumentorum Capitularium particepſerit.

Cùm tam in Statutis Ruralibus, quàm inveſtituris litteralibus Decano præcipiatur, ut Sacerdotem admiſſum ad beneficium in poſſeſſionem ejusdem Beneficij immittat corporalem, hinc imposterum Epiſcopale hoc mandatum obſervandum erit, ita, ut proxima (quâ fieri poteſt) die Dominicâ aut Feſtivâ in præſentiâ 2. vicinorum Sacerdotum & Parochianorum Neo-Parochus per Decanum vel ejus locum tenentem ſolemniter inveſtiatur, inſtalletur, & in actualem poſſeſſionem immittatur, juxta formam in Decretis Ruralium Capitulorum fol. 34. & ſequentibus præſcri-

ptam

ptam. In quo tamen jactu inſtallationis nulli ſuperflui ſumptus fiant, nec aliæ pompæ & vanitates ſæculares immiſceantur.

De Solutione Iurium Epiſcopalium.

UT quilibet Confrater primo ſtatim obtutu videre poſſit, quid ratione Bannalium & conſolationum annuatim exſolvere debeat, placuit unicuique Parochiæ ſuam quotam aſſignare, prout in ſequenti ſpecificatione videre eſt.

De-